olanum dederet horsabatur. Julius (inquit) Cæsar ignarum literarum Sillam dixerat quod Dictaturã deposuisset. Sed tu Cæsar multo eris imprudentior si Mediolani et Florentiæ amiseris Principatum. Nam multo certe his potiris tu iustius, quã Patriæ suæ Cæsar extiterat Dominator. Iam quidem satis superq; constitit, semperq; constabit quo Iure et titulo hæc tu possideres, cum Feuda Imperij hæc habeantur quod Monsoni et Valodoleti satis luculenter pro te est pronunciatum. Sed adijciam ego illud etiam. Omnia Regna et Provinciæ hoc habent ceu fundamentum quoddam proprietatis, quod ab antiquis occupata sunt et fuerunt. Quæro enim quid habuerunt Romani Iuris, orbem terrarum possidendo? quid habuerant Gotti, quod Hispanias? quid Franci, quod Gallias? quid Vandali, quod Africam? quid Hunni, quod Hungariam? quid Saxones, quod Angliam occupaverunt? Verum et vetus est proverbium Ius Regum in armis. Quod si hæc incessit te religio ut Mediolanũ missum facias, eadem te moneat ut reliquas Hispanias, ut conscientiæ progenitorũ tuorũ recte consulas. Non præbeas causã Cæsar, ut de te iustè possimus quæri, expertem te fuisse literarũ: nam revera possum fari, modicas te scivisse, cum Francorum Rege capto nescivisti recuperare Burgundiã. Vide ergo, ne Mediolanũ restituendo, ignarus habearis literarũ. Agendo, et audendo crevit Res Romana, et tu cresces procul dubio si Regnũ Regno, Provinciã Provinciæ iunxeris, et non huc atq; illuc mente et consilio vacillabis. Niechayże tu każdy osądzi, tak iasny niewstyd, y niezbożność tego Machyavelisty, ktory uczynił się Politykiem złośliwym, Iurystą przewrotnym, Kaznodzieią y Kazistą niezbożnym,

nie mow